

20.

3
D.3A.

143

1669, 10

FELICITER!
SCRIPTIONIS
ANTIQUÆ
VARIETATEM

continuando,

Incluti Philosophorum Lipsiensium

Senatus indultu

DISPUTATIONE SECUNDA

proponit

PRÆSES

M. BALT. FRID. Salzmann/ Argent.

RESPONDENTE

JO. FRID. THINCKELIO, Lipsiens.

Phil. Baccal.

^{Jan.} Ad d. 6. Decembr. Anni cl^o Isc LXIX.

LIPSIAE,

Literis JOHANN-ERICI HAHNII.

P. 688



VIRIS
PLUR. REVERENDA DIGNITATE
GENERIS NOBILITATE
CONSILIORUM DEXTERITATE
CLARISSIMIS

DE
ECCLESIA CHRISTI
REBUSQUE PUBLICIS
MERITISSIMIS

Dn. GOTHOFREDO CHRISTIANO
BOSIO, S. Theol. D. & ad D. Thomæ Ecclesiastæ.

Dn. JO. ULRICO FRIDIO, Reip.
Argentinensis Consiliario.

Dn. ANTONIO GÜNTHERO BÖ-
SCHENIO, Reipubl. Lipsiensis Syndico.

Dn. THOMÆ STEGERO, SS. Theol.
Licent. & ad D. Thom. Ecclesiastæ.


Dn. JOH. BENEDICT. CARPZOVIO,
SS. Theol. Licent. ad D. Thom. Ecclesiastæ
& Hebr. Ling. Prof. P.

Dn. JO. PHILIPPO BRAUNIO,
Stabuli apud Argentinenses Actuario.

PATRONIS OPTIMIS
Hoc Exercitium Academicum,

Do, dico, Consecro

M. Balt. Frid. *Saltzmann*/ Argent. SS. Theol. Stud.



Absolvimus Disputatione præcedente duos priores scribendi modos: Tertius & Ultimus adhuc superest, qui nobis *antiqua Scriptionis Varietatem in Characteribus* proponit: Aperitur hinc amplissimus rerum Campus, sed ea, quæ poterimus, brevitate instituto nostro satisfaciemus. Est autem per Characteres & literas scribendi modus vel *apertus & vulgaris*: vel *opertus & occultus*, ceu eum Vossius non ineleganter partitur: Vulgarem illum, quippe omnibus omnino quam notissimum intactum hoc loco relinquimus, progredientes potius ad occultum, qui Characteres habet, vel 1. *Misophotos* sive in conspicuos; vel 2. *Philophotos* conspicuos & apertos. Sit itaque Bono cum DEO

CAPITIS III.
SECTIO I.

§. I. Characterum seu literarum (*α*) invisibilium tria reperio genera apud Autores eos, qui Polygraphias, Steganographias & Cryptographias ediderunt. I. Genus vocant *Dermaticum*, sic dictum à voce Græca *δέρμα*, quæ pellem notat, & scribitur scriptura quadam artificiali in dorso nunciorum, per loturam cujusdam humoris. Quo referimus illud, quod Plinius Libr. XXVI. Histor. nat. cap. 8. scribit: *Tithy malum*, inquit, *nostri herbam lactariam vocant, narantq; lacte ejus inscripto corpore cum inaruerit, si cinis inspergatur, apparere literas.* Nec non id, quod Herodot. in Terpsichor. de Histiaeo refert; eum, cum Aristagoræ genero suo res quasdam occultas nunciare furtivo scripto volebat, opportunum hoc literarum admirandum commentum esse: Servo suo diu oculos ægros habenti capillum ex capite omni, tanquam medendi gratia deradit, caputque ejus lævè in literarum formas compingit. Ubi id factum est, ire ad Aristagoram jubet: & cum ad eum, inquit veneris, mandasse

E 2

dassè

II. Hyphasmaticum.

III. Aleoticum.

dasse me dicito, ut Caput tuum sicut nuper egomet feci, deradat; Servus, ut imperatum erat, ad Aristagoram venit, mandatumque Domini affert. Atque ille id non frustra esse ratus, quod erat mandatum, fecit: Ita literæ perlatæ sunt. Quâ arte cuti inscriptæ fuerint non constat, Joh. Baptist. Porta levi atramento, Kircherus acri impressas, Jan. Hercules à Sunde iniustas fuisse putat. (β) II. Genus est *Hyphasmaticum*; (Kircherus legit *Hyposphalmaticum* & *Hypasphalmaticum*) dicitur à Græco vocabulo ἵφασμα, quod pannum, telam, texturam significat: & est artificium, quo rebus certis in panno scribitur, quod exsiccatum videri non potest, usque dum in aqua frigida madefactum, literæ appareant. III. Est *Aleoticum*, sic dictum (conjiciente Gasparo Schotto) ab ἄλημα, quod astum, vafritiem, imposturam significat, estque juxta Joh. Trithemium Abbatem illum Spanheimensem multiplex ac varium, tam in forma, quàm in materia, habetque modos occultè scribendi pænè innumeros. Ejus autem Scriptura fit vel in Charta, vel sine Charta, ceu Trithemius testè loquitur cum *nemilua* (i.e. per literarum sive potius syllabarum transpositionem, *alumine*,) & *cala* (*lacte*, redundante litera a) cum *raphocam* (*camphora*) *lapolce* (*cepolla* sive *cepa*, &c.) Quædam autem horum generum Scriptura nocte duntaxat, & nunquam die legi potest: quædam non nisi ad siderum vel candelæ lumen videtur: Quædam die quidem legi potest, sed vel *terra conspergenda* (cum sc. urina, aceto, adipe, sebo, aliave pingvedine, lacte tithymali, cujus jam mentionem fecimus, in Charta, aut aliqua Corporis parte, manu, brachio, fronte, &c. scribitur, & literis exiccatis, triti carbones, fuligo, chartæ combustæ, aut alius pulvis asperguntur, literæ antea invisibiles nigræ apparebunt. Quo arcano hominem simplicem jocosè fallere potes, si sc. eadem verba, quæ urina vel pingvedine aliqua in manu scripsisti, etiam chartæ inscribas, eaque combustâ manum conspergas; obstupescet, si eandem, quam antè in Charta legit, Scripturam in manu inveniet.) vel *aquæ immergenda* (cum alumine vel Chalcantho scribitur, quæ de re vid. Schott. p. 251. Aqua communi literas nigras formabis, si gummi, Chalcanthi & gallarum subtiliter tritarum pulverem Chartæ insperferis, & panno fricueris.) vel *igni admovenda est* (quando succo mali citrei, cæparum vel alius acris pomi vel fructus pro

3
D.31.
pro atramento usus es, quæ literæ igni admotæ facile legi possunt. Incombustibiles literas pinges, si gummi, vel quovis alio falsi genere, vel calce in papyro scripseris literæ non comburentur: Charta quidem accensa denigrabitur, literæ vero albicabunt. (γ) Wolffg. Hildebrand. Mag. natur. L. I. c. 33. pag. 34. ostendit, quomodo brachio, manu &c. literæ inscribi possint, quæ per totam hominis vitam non evanescent.

(α) De literarum Origine & Inventoribus quamplurima proferre possemus, nisi id à scopo nostro alienum foret, cui placet adeat Bernhard. a Mallinkrot. de natur. & usu literar. c. 2. & 3. p. 5. sqq. ubi varias variorum sententias recenset, quod scilicet: alii literarum inventionem Ægyptiis, alii Assyriis, Phœnicibus, Chaldæis, Æthiopicis: alii Mosis, Abrahamo, Sethi nepotibus, Enocho, Setho, alii ipsi Adamo assignant. addi potest Brian. Walton. apparatus. Biblior. Polyglott. proleg. II. f. 7. Samuel Petit. L. II. Observat. c. 1. Polyd. Vergil. de rer. Inventor. Libr. 1. cap. 6. p. 31. seqq. append. p. 17. 19. Plin. hist. natur. Libr. VII. c. 56. Phil. Cluver. German. antiq. fol. 708. Laurent. Beyerling. Theatr. vit. hum. Tit. Litera & Scriptio. Alexandr. ab Alex. Genial. Dier. Libr. II. c. 30. fol. 260. edit. non quam supra citavi, sed Francofurt. 1594. confer Andr. Tiraqvell. annot. ad eund. Joh. Gorop. Becan. Hieroglyph. Libr. 1. f. 1. 12. 15. Isidor. Orig. Libr. I. cap. 3. fol. 1. sqq. Garzon Piazza univers. disc. 48. p. 543. Raphaël. Volaterran. Comment. Urbic. Libr. 33. f. 992. Mar. Victorin. art. Grammat. L. 1. p. 2468. Edit. Putsch. Tacitus annat. L. XI. cap. 14. v. 1. Casaubon. in Sveton. Claud. Cæs. cap. 41. p. m. 527. 528. Herman. Hugon. de prima scribendi Orig. c. 3. p. 40. Salmuth. in Panciroll. Libr. I. Tit. XLII. p. m. 141. Augustin. de Civit. D. Libr. XVIII. c. 39. f. 685. confer Ludov. Vivis Comment. ad h. l. Hortensii Comment. in Lucan. Pharsal. Libr. III. f. 319. 2. Samuel Bochart. Canaan Libr. I. c. 20. f. 488. sq. Voss. de art. Grammat. Libr. I. c. 9. p. 37. Caramuel. appar. Philos. L. II. §. 143. f. 75. §. 153. f. 85. §. 166. f. 92. Buchner. Fabr. Tit. literæ. Hasdörfler præfat. des Deutschen Secretar. ubi etiam ostendit, unde vocabulū Germanicum Buchstab componatur. Dn. Theoph. Spitzel. de re liter. Sinens. Sect. III. p. 21. sqq. Kipping. Exercit. S. de Scriptura S. Exercit. VI. p. 46. sqq. qui & alios hac de re autores citat. (β) Vid. de hoc facto Gell. L. XVII. cap. 9. Joh. Baptist. Porta. Mag. natur. Lib. XVI. c. 8. & ante omnes Oise- lii not. ad Gell. l. c. Herm. Hug. c. 15. p. 125. (γ) Qui plura de tribus hisce scribendi generibus nosse cupit, evolvat Trithemii Polygraph. &, si lucem vidit, ejusdem Steganographiam. Gustavi Seleni (est Augustus, illustrissimus Brunsvicensium Dux)

Cryptograph. quas videre mihi quidem non contigit, reperio tamen ubivis locorum allegatas. Baptist. Porta Mag. Nat. Libr. XVI. c. 1. sqq. p. 545. apud quem curiosus Lector ingeniosissima & quidem varia artificia reperiet, libri evolutio neminem pœnitebit Gasp. Schott. Steganograph. Class. VII. Erotem. 8. p. 247. Class. IIX. c. 5. p. 301. c. 6. & cap. 8. p. 308. Kicher. Append. Apologet. Polygraphiæ ejus annexam f. 9. 10. Wolffg. Hildebrand. Mag. natur. L. 4. c. 28. p. 25. Herm. Hug. c. 16. p. 130. Beyerling. Theatr. vit. hum. Tom. VII. Tit. Script. fol. 136. b. Garzon Piazza Univers. Disc. 28. p. 282. b. Cardan. de rer. variet. Libr. XII. cap. 61. f. 456. & de subtilit. L. XVII. p. 590. & Libr. XIIX. p. 665. Gerh. J. Vossium de art. Grammat. L. 1. c. 40. p. 144. nobis eadem indicasse sufficit, ne à multis jam scripta describentes Lectori molesti simus, nec hic labor in nimium excreseat.

Varia Com-
menta literas
occultè trans-
mittendi.
In tabula ce-
rata, &c.

§. 2. Addunt ad tertium illud genus etiam, cum scribuntur & variis modis absconduntur literæ, in *Leopi* (i. e. *pileo*) *necoflas* (*flascione*) *Cedcali* (*calceo*) *lispilia* (*palliis*) sub *race tabulata* (*tabula cernata*) &c. Quorum ultimum præprimis ingeniosum satis & tutum inventum est, quo multi olim usi sunt. Demaratus Rex Lacedæmoniorum hoc modo consilia Xerxis detexit, autore Justin. Libr. II. c. 10. n. 13. *omnia in tabellis ligneis Magistratui perscribit, easdemq; cera superinducta delet: ne aut scriptura sine tegmine indicium daret, aut recens cera dolum proderet; si sc. non sicca superinduceretur, sed liquida superfusa oleret.* Haud dispari artificio usus est Hamilcar, de quo idem Justin. L. XXI. c. 6. n. 6. *Consiliis, inquit, ejus exploratis in tabellis ligneis, vacua desuper Cera inducitur, civibus suis omnia perscribat.* Uterque horum literas suas tutius misisset, si ceram superinductam non vacuum, sed rebus non arcanis conscriptam (uti jam supra cap. II. Sect. 1. Th. 4. monuimus) nuncio tradidissent. (d) Adjicimus nos alios quoque clanculum literas transmittendi modos, qui passim apud Scriptores antiquos ac recentiores occurrunt. Sic Harpagus, (e) quò clam Cyro Epistolam mitteret, leporem dissecuit, & literis intus occultatis, rursus eum consuit, eumque qui ferebat, venatoriis unis, ut viatorum speculatores falleret, inducit. Alii per Columbas literas miserunt, per hirundines, nec non per Cornices; item intra Collaria canum, intra ovum, intra varios Cibus & fructus, intra mulierum aut virorum complicatos capillos, in Capite, quo referendum illud Histiaei factum: in vestibus, in a-

in lepore.

per Colum-
bas, hirundi-
nes, Cornices,
intra Collaria
Canum, intra
ovum, varios
cibus, &c.

in animalium visceribus, intra lata principum sigilla, intra Colo-
phonium vel lapidem ad id preparatum. Pani incoxit codi-
cillos arbitrariis notis scriptos, teste Herm. Hugone, Laurentius
Medices Florentinae Reipubl. Princeps, & per nobilem quendam
mendici habitu tectum, misit ad regem Ferdinandum Neapolitan.
Canibus etiam aliquando cum esculento quopiam litera deglutienda
datae sunt, ut ex eorum interfectorum visceribus postmodum nun-
cius exigatur. Porta L. 2. c. 21. (¶) Latro quidam Sinensis Lieupan-
gus nomine ad suos Epistolam per sagittam in Urbem POI misit. *Per Sagittam*
(¶) Idem legimus de Artabazo & Timoxeno, qui sibi invicem lite-
ras sagittae involutas miserunt, emissa sagitta ad locum, de quo con-
venerat. (¶) Huc quoque spectat Cleonymi Lacedaemoniorum Re-
gis exemplum ap. Joh. Bapt. Port. Mag. nat. L. XVI. c. 7. p. 558. Hic
Troezenem urbem obsidens, ad multas urbis partes undique expe-
ditos jaculatores dispositos, mittere sagittas iussit, eis inscribens:
Venio ut Civitatem in Libertatem asseram. Quo factum est, ut inco-
lis securis exercitus appositis scalis moenia conscendens civitatem
everteret & diriperet. Sagittarum loco nos bombardis uti posse,
docet l. c. *complicatam videlicet papyrum in loculum immissam, ubi* *Per plumbeas*
plumbea pila formantur, supra plumbum liquefactum, sed non adu- *pilas.*
rens, mittimus, & convolutam papyrum plumbo, pyrio pulvere per ae-
ra mittimus. Sed quia parvae sunt, die multas emittere poterimus.
Modum solvendi pilam, vel paucis igne, vel in hydrargyrum immissa,
paucis temporis curriculo solvetur, & papyrus intacta manet. Glan-
dibus quoque plumbeis, quae fundis mittebantur, inscribi aliquan- *Per glandes*
do solitum est, & occulte sic ad hostem transmitti, ut omnia quae *fundarum.*
gererentur hostes scirent. (¶) Priolus de reb. Gall. (Excell. nostro
Franckenstenio accurante nunc sub praelo versans) L. V. sect. 16. p. m.
198. intra aureos nummos absconditum Scripturam refert, audia-
mus ipsum: *Primi octo dies, tanquam sepultis, & terram obrutis fluxe-*
re: (Loquitur de duobus Principibus captivis Condæo & Concio)
Illinc singulis horis omnium rerum gnari facti sunt; sive per dolosum
atramentum, cujus enodator ignis aperta recludebat, sive per Chartu-
las insertas scutatis, ad id mira arte cavatis, innocente metallo; sive per
sacerdotem, qui inter missificandum loco sacri novum Evangelium nun-
ciabat; sive Barius affixos retrorsum codicillos ad captivos inscius de-
fer-

Steganologia. *ferret, ipse sui proditor.* Gaspar Schottus (κ) ex Jano Hercule Per duas pyxides Magneticas. de Sunde modum describit, quo ope duarum pyxidum Magneticarum longè absentibus arcana manifestari possint, quem tamen ipse Schottus pro impossibili habet. Item l.c. Erotem. 13. per reci-

Reciprocam sangvinis insitionem. procam carnis aut sangvinis insitionem Item Class. IIX. c. 5. p. 300. ope fasciculi chartarum lusoriarum quorum pleraque ad Steganologiam potius, quam Steganographiam pertinent. Cui annumerantur (ut obiter tantum & ὡς ἐν παροίδη) aliquid de Steganologia dicam) Arthrologia sive locutio per variorum humani corporis membrorum designationem. Dactylogia sive locutio per digitos: secreti alicujus manifestatio inter concionandum aut loquendum cum aliis: inter cantandum & ludendum in organo: occulta locutio per diversos sonos: per operationes opticas: per faces: de quibus singulis fusius videri merentur Joh. Bapt. Porta Mag. nat. Libr. XVI. c. 12. p. 567. Schott. Steganograph. Class. IIX. cap. 10. & seqq. à p. 316. ad 335. Per faces loquendi aliquot modos proponit Cardanus de rerum Varietat. Libr. XII. c. 61. p. 461. seqq. Steganologiam Musurgicam docet Athanas. Kircher. de Musurgia sua Libr. IX. Part. V. fol. 360.

Digitos,

Faces.

(d) Confer Vossium ad Justin. L. II. c. 20. n. 13. & Bernegg. ad ejusd. Libr. XXI. c. 6. n. 6. Idem ab alio quodam, forsan Asdrubale, factum esse, A. Gellius lib. XVII. cap. 9. prodit: junge Herodot. Polymn. in fin. f. 527. Garzon. Piazza Univers. discurs. 28. p. 281. Heidfeld. Sphing. p. 1016. (e) referente Herodoto in Clio f. 59. confer Justin. Libr. I. c. 6. n. 9. Christian. Matthiae Theatr. histor. pag. 116. (f) De Cornice J. Bapt. Porta Mag. nat. L. XVI. c. 7. pag. 560. exemplum narrat Ægyptium Regem fuisse Marrhem nomine, qui cornicem mitem, ac omninò cicurem educaverat, qua Cursoris vice, quoties aliquid nunciandum erat, utebatur: ea siquidem ceu planè rationis compos epistolam gestans, quo opus erat transvolabat, callidè noscens, quo dirigendus impetus, ubi insidendum, & interdum quiescendum foret. quocum confer Coel. Rhodigin. antiq. L. XXV. c. 28. f. 1191. plura vid. in allegato Porta c. 6. sqq. Casp. Schott. Steganograph. Class. IIX. c. 2. pag. 286. sqq. Thom. Garzon. Piazza univers. discurs. 28. p. 281. 282. Cl. Salmaf. Exercit. Plin. in Solin. f. 1205. Herm. Hugon. c. 15. p. 122. sqq. ubi plura. de Columbibus testatur Plinius Libr. X. c. 37. Ælian variar. histor. Libr. IX. c. 2. de hirundinibus idem Plinius Libr. X. c. 24. Justus Lipsius Saturnalium sermon. Libr. II. cap. 6. p. 94. (g) Martin. Marti-

Martinius Sinic. histor. L. VI. pag. 219. (9) Herodot. Uran. f. m. 574. affine exemplum vid. ap. Dion. Libr. XL. fol. 125. A. (1) Id quod nos docet Just. Lipsii fax histor. Libr. IV. pag. 173. *)Steganograph. Clafs. VII. Erot. XII. pag. 258. confer Salmuth. in Panciroll. Libr. II. Tit. XI. p. 237. b. Journal des Scavans à Præclariss. Dn. M. Nitschio Mathes. Profess. Giessense, latinitati donatum Tom. II. Ephem. 36. p. 414. Athanas. Kircher. append. ad Polygraph. Disquis. ult. pag. 18. Harsdörffer præfat. des teutschen Secretarii, ubi docet, quomodo auxilio muscæ cum alio loqui, item simul duas scribere possim Epistolas.

SECTIO II.

§. 1. A Characteribus *Misophotis* progressum facimus ad Literis visibilibus scribitur *Philophotos* sive conspicuos, quo nomine eos intelligo, qui videntur simul ac scribuntur: uti è contra inconspicui sunt, qui primò non videntur, sed arte quadam ab eo cui scribuntur, conspicui reddendi sunt. Literis conspicuis scribitur, triplici modo: uti iterum eleganter distingvit Vossius vel *æqvè*, vel *plus*, vel *minus*. I. *Æqvè* scribitur cum quidem totidem pinguntur literæ, ac vulgo opus: sed earum potestas commutatur: sive 1. per *transpositionem*, sive 2. per *Characterum immutationem*.

§. 2. Per Literarum sive Characterum *transpositionem*, Augustus Imperator olim scribere solitus est, (α) scribebat enim B pro A, C pro B, (β) D pro C, & pro Z duplex, AA (γ) &c. Julius Cæsar quartam Elementorum literam propriæ loco usurpavit e. gr. D pro A, E pro B. (δ) Hieronymus (ε) meminit apud Hebræos literas ita transponi solitas, ut prima loco ultimæ N pro η, secunda loco penultimæ כ pro ש, & sic deinceps ponerentur, censetque hoc modo à Jeremia Cap. XXV. 26. scriptum fuisse ששך pro ככל. quod genus illi אהבש athbasch vocant; Denominationis hujus hanc esse puto rationem, quoniam N pro η, quæ priores hujus vocis literæ sunt, & כ pro ש, quæ posteriores, ponitur. Imò inversis quoque verbis ad res occultandas à nonnullis scriptum est teste Isidor. origin. Libr. I. c. 24. f. m. 19. Huc & referimus Scytalam Laconicam, in qua literæ ita divellebantur, ut nisi membrana, cui inscriptæ, baculo circumdaretur, legi non potuerint. (ζ)

(α) referente Sueton. in August. cap. 88. Edit. Casaubon. p. 302. Quoties autem per notas scribit, B. pro A: C. pro B ac deinceps eadem ratione sequentes literas ponit, pro Z autem duplex AA. In his Tranquilli verbis Hermannus Hugo non immeritò reprehendit;

F

Au-

Augusti modum scribendi, scriptio깇 per notas vocari; quia literæ, licet transpositæ non tamen sunt notæ: neq; per transpositas literas scribere idem est, quod notare; nam quæ per transpositas literas scribuntur, omnibus necessariis literis scribuntur, notata autem seu notis scripta, compendio & per abbreviationem scripta sunt. Suetonio adde, si placet, Isidor. Orig. Libr. I. cap. 24. Dion. Libr. LI. fol. 444. E. Beyerling; loc. sæpius cit. f. 136. b. Panciroll. Libr. II. Tit. XIV. p. 263. edit. in 4to. & Salmuth. in eund. p. 264. 265. Cardan. de Subtilit. Libr. XVII. pag. 589. Gaspar Schott. Steganogr. dedic. p. 4. Clafs. III. cap. 3. §. 1. pag. 92. cap. 4. p. 95. sq. Clafs. IIX. cap. 1. §. 1. p. 282. Garzon Piazza Univers. disc. 28. p. 282. Hugon. c. 17. pag. 132. Dempster. Paralipom. ad Rosin. antiq. Rom. Libr. VII. cap. 48. pag. 1201. 1202. Bernhard. à Mallinkrot. de usu & natura literar. cap. 24. p. 121. Athanas. Kirch. Polygraph. Syntagm. III. c. 3. propos. 4. p. 135. Oiselim in not. ad Gell. Libr. XVII. c. 9. p. 943. (β) Vossius de art. Grammat. L. I. c. 40. p. 144. per errorem forsan typographicum habet B pro A: C pro D, lege C pro B: (γ) Malè Beyerling. & Dempster. loc. cit. legunt *pro X duplex AA*. Res enim ipsa arguit, ultimam literam Z intelligi, uti rectius annotat Isaac. Casaubon. in Sueton. August. cap. 88. p. 302. quocum idem sentit Isidorus Hispal. Salmuth. in Panciroll. & Garzon locis cit. (δ) Sueton. in Cæsar. cap. 56. p. m. 86. Dion. Cass. Libr. XL. fol. 124. 125. Bullenger. de Imperio Rom. Libr. IV. cap. 5. fol. 443. Oiselim ad Gell. Libr. XVII. cap. 9. p. 943. (ε) Commentar. in Jerem. cap. 25. alleg. Beyerling. confer Glossam Marginal. in Bibliis German. B. Lutheri ad Jerem. c. 25. v. 26. Mentionem quoque hujus scriptio깇 injicit Henr. Kipping. Exercit. SS. de Scriptura S. exercit. 47. de Cabala p. 432. (ζ) Artificiofam Scytalæ constructionem apponerem, nisi illa passim ab iis autoribus jam fuisset ostensa, qui omnium ferè manibus teruntur. Evolve Gell. Noct. attic. Libr. XVII. cap. 9. Oiselim not. ad eund. p. 944. fusè. Cardan. de rer. variet. Libr. XII. cap. 61. p. 464. & de subtil. Libr. XVII. p. 589. Herm. Hugon. c. 15. p. 126. Gaspar Schott. Steganograph. Clafs. IIX. c. 1. §. 2. p. 283. G. J. Voss. de art. Grammat. Libr. I. c. 40. p. 144. 145. qui iniquam Cæsaris Scaligeri de Laconica scytala censuram (quam approbat Salmuth in Panciroll. L. II. Tit. XIV. p. 265.) rejicit. Panciroll. & Salmuth in eund. loc. cit. Hadrian. Junium animadvers. Lib. IV. c. 14. p. 177. Lambin. not. ad Cornel. Nepot. Pausan. fol. 34. num. 42. addi potest Wovver. Polymath. cap. 6. p. 43. Joh. Bapt. Porta Mag. nat. Libr. XVI. c. 5. p. 552. ubi ostendit, quomodo ad scytalæ imitationem tenui filo inscribi possit. Modus procedendi hic est: *Duo conficiuntur tenues surculi, æqualis magnitudinis*

3
D. 21.

ditis, & rotunditatis: unum dāmus longè eunti, alterum domi
retinemus: Cum scribere volumus filo supra surculū reſoluto, ſimul
harere faciamus, ut continuum ſit, & ligni nihil appareat: filo ita
accommodato, per longitudinem baculi literas exarabimus, inſcri-
bemusq; quicquid cordi fuerit. Si ſurculi latiores fuerint, plures
verſus capient. Si prius filum aqua immerges, in qua ſit ſolutum
alumen, atramentum non diducetur, ſed reſtrictum, nitidius cha-
racteres continebit. Mox filum à bacillo reſolutum in glomeru-
lum accommodato. Vel ut occultiſſimum ſit, interularum & ſuda-
riorum ora reſolvimus, amico abſenti mittimus. Nil enim in fi-
lo curioſior interceptor, niſi quaedam puncta diſſeminata conſpiciet.
Amicus eodem bacillo filum reſolvendo, curandoq; ut puncta ex ſu-
periori parte veniant, & cohereant aptè, amici conceptum faci-
le percipiet. Haſtenus ille.

§. 3. Inſinitis aliis modis literæ transponi poſſunt; quo-
rum aliquos adponere licebit. Sic non inelegans occulta ſcriptio-
nis modus eſt, ſi Alphabethum dividitur in duas partes æquales,
quarum poſterioris literæ ordine ponuntur ſub literas prioris,
hunc in modum: (n)

a b c d e f g h i k l m
n o p q r s t u v w x y z

Sit itaque ſcribendum aliquid arcanum, lingua vel Germanica, vel
Latina, vel quacunq; tandem; e. gr. hoc: INSIDIÆ TIBI
STRUUNTUR; ita procede: Loco literæ, quam in ſuperiori
Alphabethi parte reperis, pone eam, quæ huic eſt ſuppoſita in in-
feriori: & viciffim pro litera inferioris ordinis, pone ſuperiorem.
Sic in hoc arcano loco I pone W loco N pone A loco S, F &c. quo
facto literæ ſic ſtabunt.

W a f v v q v v n r g v v o v v f g e h h a g h e
INSIDIAE TIBI STRUUNTUR

Vel Alphabethum hunc in modum transponi poteſt:

a b c d e f g h i k l m
z y x v v u t s r q p o n

Cui placet K in ſuperiori & W in inferiori linea omittat. Hi modi,
ut dictum, non adeò ſunt inelegantes, facilè tamen ab iis leguntur,
qui huius artificii gnari ſunt; Quamobrem præ omnibus hunc eli-
gerem modum ſcribendi, ubi aliquod vocabulum ponitur, & poſt
illud cæteræ Alphabethi literæ, quæ in vocabulo iſto non compre-

henduntur. Est modus facillimus pariter ac tutissimus: sumamus exempli loco vocem AMICUS.

A m i c u s b d e f g h

k l n o p q r t v x y z

Arcanum illud INSIDIAE TIBI STRUUNTUR hisce literis absenti significabitur:

N i q n t n k v v d n r n q d b p p i d p b

I n s i d i a e t i b i s t r u u n t u r

Vel vox potest inverti SUCIMA: hoc artificio arcanum adeo factum & tectum manet, ut etiam ab eo legi nequeat, cui alias hic modus non est ignotus, qui enim vocabulum istud, quod clavis instar est, non novit, nec arcanum novisse potest. Ubi tamen notandum 1. In Clave non debere unam literam bis occurrere. 2. Necessesse esse, ut jam antea cum amico vel oretenus, vel per literas, quas illum solum legisse, & postmodum Vulcano tradidisse certus es, de Clave conveneris; (nemini enim eo excepto dicta Clavis nota esse debet.)

(*) Confer de hoc modo Caramuel apparatus. Philosoph. libr. I. §. 96. f. 51. & Henric. Kipping. Exercit. de Scriptura S. Exercit. 47. p. 432. Varia hujusmodi passim invenies in Athan. Kircheri Polygraphia & Gasp. Schotti Steganographia.

2. Per literarum immutationem.

§. 4. 2. Per literarum & Characterum *immutationem* scribitur; cum lingua e. gr. Germanica, Latina &c. non Germanicis, Latinis &c. sed alius linguae literis, vel alius disciplinae signis & Characteribus exprimitur: quales scribendi modos Joh. Caramuel. apparatus Philosoph. Libr. III. §. 194. fol. 108. seqq. monstrat: ubi verba Latina literis Ebraicis, Graecis, &c. pinguntur, qui vero ipso fatente valde simplices & faciles sunt, & a quovis, qui modo literas noverit, legi possunt. Tutior & majoris quoque acuminis ea scriptio est, quae, quantum ex Caramuel. verbis loc. cit. Libr. II. §. 143. f. 80. seqq. colligere possum, inter Aegyptios olim usu recepta fuit: quae ratione MScriptum Globum Aegyptiacum Madriti sibi traditum esse testatur: continentem Pimandrum Mercurii Linguae Aegyptiaca, aliquos versus Pentateuchi & Psalmos 31. Hebraeo idiomate. Alphabethum ex signis astronomicis, 12. scil. Zodiaci, 7. Planetar. aliisque nonnullis compositum est, hoc ordine:

ab Aegyptiis.

32

ע ס נ ט ל ך כ י ט ח ז ה ו ה ך ג ב ז
 ✕ * ✕ ✕ ✕ ✕ ✕ ✕ ✕ ✕ ✕ ✕ ✕ ✕ ✕ ✕ ::
 ה ש ך ק צ ם
 O ** ה ז ♂ ♀

Quæ signa quis pro lubitu transponere, & ad occultæ Scriptionis
 usum transferre potest. Sunt insuper in hoc Characterum gene-
 re, certæ clausulæ & distinctiones: sic ♂ æquivalet puncto, *
 commati, □ & Δ duobus punctis sive colo &c. (θ) Nortmanni Nortmannis
 quoque per literarum immutationem scripsere, supponendo pro
 literis Latinis, Græcas numerales, quæ juxta ordinem numerandi
 nostras designarent Latinas. (i) ita:

A b c d e f g h i k l m n o p q
 α β γ δ ε ζ η θ ι ια ιβ ιγ ιδ ιε ις
 r s t u v v x y z.
 ς η θ κ κα κβ κγ κδ

Eodem ferè modo Hebræi nonnulli scribunt, dum utuntur numeris
 loco literarum e. gr. ׁׂ pro ׃ׄ quod est nomen DEI proprium,
 utriusque enim literæ notant quindecim 15. (κ) Kircherus ostendit,
 quomodo per notas & Characteres Musicos scribere possim in
 Musurgia sua T. II. Libr. IX. Part. V. fol. 362. Caramuel. app.
 Phil. L. III. §. 220. fol. 121. Alphabethum proponit, variis ex pun-
 ctis accentibus & distinctionibus congestum; quod itidem occultæ
 scriptioni inservire potest:

. ' ^ ~ - " . : ; + * ε ?
 a b c d e f g h i i m n o p q
 ! () []
 r s t u x y z

Unde arcanum nostrum in his Characteribus prodiret:

. + ! . . . ^ i . . . ! i ε ((† i (ε
 I n s i d i a e t i b i s t r u u n t u r

Confer §. 109. fol. 116. & quis tandem singulos ejusmodi modos in-
 dicabit, nedum explicabit. Huc quoque referimus tres illas literas,
 quas Claudius Cæsar commentus est: 1. Digamma sc. Æolicum, in-
 versum ꝑ quod jam antea repertum Claudius apud Latinos quoque
 introducere, & publici usus facere conatus. 2. Antifigma, quod juxta
 Mallinkroti conjecturam ita ꝑ, secundum Vossium ita ꝑ-C & se-

Literæ Clau-
dianæ.



secundum Priscianum ita C pingebatur; cuius postremi p. 558. verba
hæc sunt: *Huic S præponitur P, & loco ψ Græca fungetur, pro qua
Claudius Cæsar antisigma C hac figura scribi voluit.* Et 3. F, quæ
Græcorum aspirationi non absimilis inter E & I media est, ut apparet
E F I. Duarum posteriorum nullæ supersunt reliquæ, quantum
hactenus autores post Curiosam satis & diligentem indagacionem
experiri potuerunt. Nec illas neglexisset is, qui completissimos in
Gruteri inscriptiones Indices confecit, utpotè qui his longè mi-
nutiora annotavit. Digammatos vero G aliqua adhuc, licet rara
admodum, supersunt vestigia: Circa quod notandum; 1. Vocari
digamma, quia è duplici gamma coalescit. F enim nihil aliud est,
quam gamma majusculum Γ superimpositum gammae F. 2. Ante
Claudianæ tempora F duplicis fuisse pronounciationis, quia ut F,
& ut V pronounciabatur: Quamobrem Claudius, ut duplicem illam
pronounciationem duplici literæ figuræ notaret & distingveret, F
voluit scribi, cum æquivaleret Græco Φ ; & inverti G cum $\tau\omega$ V re-
sponderet: hujus rei veritatem antiquæ inscriptiones confirmant.
SER F US, F I X I T, F A L E, F I F A M Q V E hoc me condo monumento
&c. (λ) Quemadmodum verò nulla planè harum 3. literarum fuit
necessitas, ita mirum non est, illas unâ cum autore suo interiisse.

(θ) Franciscus Baconus, Baro de Verulamio de augment. Scient. libr.
VI. f. 148. in ejusmodi literis & Ciphris tres requirit virtutes.
Ut sc: sint expeditæ, non nimis operosæ ad scribendum: ut sint
fidæ, & nullo modo pateant ad deciphrandum sive cognoscen-
dum. Ut denique si fieri possit, suspicione vacent. Si enim E-
pistolæ in manus eorum devenient, qui in eos, qui scribunt, aut ad
quos scribuntur, potestatem habeant, tametsi Ciphra ipsa fida sit,
tamen examini subjiuntur, vel illi, ad quem scriptæ sunt, non
transmittuntur. Cæterùm, quibus singularium harum scriptio-
num studium & indagatio volupe est, evolvant Caramuel. appar.
Phil. I. c. & quamplurima de iisdem invenient, nec non Libr. III.
§. 223. f. 123. adde Gasp. Schott. Steganograph. Class. III. c. 6.
p. 98. sqq. (ι) De Nortmannorum scribendi genere vid. Schott.
Stegan. Dedic. p. 5. & Class. IIX. cap. 1. §. 7. p. 285. & Caramu-
el. appar. Phil. jam aliquoties citatum libr. III. §. 195. f. 109.
sqq. ubi vel Trithemium, vel ipsum Nortmannorum Alphabetum
corrigere conatur. Ut illorum Alphabetorum nullam faciam
mentionem, quæ Francorum Rex Pharamundus, ejusdem filius
Clodius Crinitus, Carolus M. aliique invenerunt, quorum Schott.
I. c. meminit. (κ) vid. Beyerling, Theatr. V. H. Tit. Scriptio. f.

137. a. Hugon. cap. 17. p. 113. cum quibus confer post alios, qui de
Judæorum Cabala scripserunt Kipping. Exerc. S de Scriptura S.
Exercit. 47. p. 428. (λ) De literis Claudianis vid. præprimis
Tranquill. in Claud. Caesar. cap. 41. p. m. 527. & Isaac. Casau-
bon. not. in h. l. Tacit. annal. libr. XI. c. 13. 3. Lips. de pronun-
ciat. Lat. Lingv. not. ad cap. 12. p. m. 64. Voss. de art. Gram-
mat. L. I. c. 15. p. 70. cap. 24. pag. 97. & cap. 26. p. 101. Gar-
zon Piazza univers. discurs. 31. p. 318. a. Caramuel, app. Phil. L.
IV. §. 235. f. 131. 132. Bernhard. à Mallinkrot. de usu liter. cap.
17. p. 83. sqq. cap. 4. p. 19. cap. 5. p. 25. ubi fusissimè hanc mate-
riam de literis Claudianis prosequitur. Georg. Fabric. antiq.
pag. 200. 201. 234. M. Valer. Prob. Grammat. de not. lit. F. p.
1507. & Petr. Diacon. lit. C. p. 1587. Edit. Putch. Priscian. libr.
I. p. 545. 546. 558. Jani Gruteri Inscriptiones antiq. passim. Her-
mann. Hugon. c. 5. p. 58.

§. 5. II. *Plus* scribitur, cum literis necessariis miscentur o-
tiosæ, quod multis modis fieri potest; imprimis tamen Vossio ar-
tificium placet, quando per membranam scribitur fenestratam; ;
qui enim non habet membranam foraminibus convenientem, ar-
canum legere nunquam poterit. Gaspar Schottus & Athanas. Kir-
cherus (u) ex Trithemio multa & varia explicant artificia, quorum
plurimorum imitatio est quam maximè laboriosa & tædiosa. Præ-
cæteris mihi illud aridet, quando certis Epistolæ literis, quæ se-
cretum referant, puncta invisibilia (citri videl. limonis, cæpæ aut
cujusvis acris & immaturi fructus succo picta, quæ igni admota ni-
grescunt, de qua re supra dictum in genere Aleotico,) subscribun-
tur, eaque de re amicus absens præmonetur, non apparebit, ne ve-
stigium quidem punctorum in Epistola: amicus verò ubi acceptas
litteras igni admoverit, & calefecerit, apparere incipient. (v) Nec
illiud displicet, quod Schott. Epilog. Steganograph. pag. 344. ex
P. Francisco Lana Professore Brixienti didicit. Modus hic est:
Uterque tam scribens, quam cui scribitur, habeat certos nume-
ros, qui pro Clavi sunt, e. gr. 2. 7. 3. 21. 8. 11. vel plures; Epi-
stola de re quacunqve scribatur, modo secunda litera Epistolæ
eadem sit cum prima litera secreti, & septima conveniat, cum
secunda litera secreti, & sic porrò: e. grat. si absenti velis mani-
festare hoc secretum: *Cave*. Epistolam vel his, vel aliis verbis scribe:
Accepi, quas nuper mihi scripsisti literas, ex quibus intellexi, &c.

2 7 3 21 Ami-

Amicus secretum ex Epistola sic eruet. Quia numerus primus est 2. numerabit duas literas, & notabit literam secundam quæ est C post hanc numerabit sequentes 7. & septimam literam A similiter annotabit, & sic porrò. Est Steganographia valdè ingeniosa, & omni suspicione carens, literis enim secreti puncta vel alia signa, non sunt in Epistola supponenda, nec numeri transmittendi, nisi forsitan testè & sub specie discursus alicujus Mathematici, ut e. gr. simules, te absenti significare motus solaris numeros in gradibus, minutis, secundis, &c. Posses itaque secretum numerum non incommodè hac Epistola absenti aperire: *Petebas nuper à me, ut tibi significarem solaris motus numeros in Gradibus, minutis, secundis, &c.*

291 14 5

quos in Zodiaco conficit, temporis spacio à TE in Epistola expresso, cui tuo petito lubens annuo: numeri hi sunt. 29. 1. 14. 5. &c. Absens si ante cum eo conveneris, hos numeros secreti Clavem esse, facile intelliget. Inter alia etiam modum ostendunt laudati Schottus & Kircherus, quo possum hominem Idiotam, modo literas pingere noverit, intra horulæ spacium informare; ut literas in Lingva Gallica, Italica, Græca, Hispanica, &c. scribat. Vel quod factu impossibile videtur, non tamen est; ut possim per literas Lingvâ mihi planè ignota, Hispanica, Anglica, &c. à me scriptas, arcanum aliquod revelare amico absenti, itidè lingvæ istius ignaro. (ξ) Cardanus (o) modum ostendit, quo omnes voces tribus tantum literis: & Baconus de Verulam. de augment. scient. Libr. VI. c. 1. p. 150. quo duabus tantum literis exprimi possint. Caramuel. app. Philos. Libr. III. §. 221. fol. 121. docet, quomodo solis literis vocalibus scribi possit. Judicium penes Lectorem esto.

(μ) Ille quidem in Steganographia, hic in polygraphia sua, quo amicum Lectorem rerum harum cupidum remissum volumus; quibuscum confer Cardan. de rer. variet. libr. XII. c. 61. p. 458. (ν) hoc artificium Schott. Steganogr. Class. III. cap. I. §. 6. p. 86. 87. proponit. (ξ) vid Schott. loc. cit. Cl. 1. p. 2. 3. sqq. Kircher. Polygraph. Syntagm. II. c. 1. p. 79. & facilè assensum præbebis. confer Journal des Sçavans Tom. II. Ephem. 36. p. 413. (o) Hieronym. Cardan. Subtilit. libr. XVII. p. 589. & de rer. varietate libr. XII. cap. 61. fol. 459.

III. Minus
scribitur.

§. 6. III. *Minus* scribitur, cum unicus tantum Character aut figura; sive una, duæ, vel 3. modò dictionum literæ ponantur, cæteris

cæteris omiſſis. Eſtque hoc ſcribendi genus vel 1. Romanorum, cum quo Græcorum conſuetudinem conjungemus. vel 2. Ægyptiorum. vel 3. Sinenſium. Sunt quidem & aliis lingvis ſua ſcribendi compendia, de quibus multa dicere, vel non eſt inſtituti, vel non neceſſitatis; cum admodum pauca circa eadem obſervatu digna occurrant. Sic Hebræi ſuas habent, uti Barbarè vocantur, abbreviaturas, e. gr. הקדוש ברוך הוא הקב"ה *Sanctus ille Benedictus.* רוצה לאמור ר"ל *vult dicere:* Circellus notat vocem aliter legi, quam ſcripta eſt, de quibus Grammatici Ebræi, & imprimis Buxtorff. de abbreviat. Græci hiſ utuntur Compendiis $\eta\kappa\tau\tilde{\iota}$. In Latina quoque lingua à nobis abbreviaturæ adhibentur, quæ apud Romanos olim non fuerunt in uſu, e. gr. & q; Nec Germani nullis in ſcribendo utuntur compendiis. δ .

SECTIONIS II.

MEMBRUM I.

DE ROMANORUM NOTIS.

Priſcam illam cum Græcorum tum Romanorum ſcribendi rationem quod concernit, ea duplicis fuit generis. Alia nimirum *εις κάλλι*, quam *καλλιγραφία* vocavêre, unde *καλλιγράφοι*, qui res integra Scriptura, & ſine notis eleganter ſcribebant. Alia *εις τάχι*, unde *ταχυγραφία*, & *ταχυγράφοι*, qui ideò, quod notis & ſignis ſcriberent, etiam *σημειογράφοι* appellati, i-tè Latinè *Notarii, Singularii, Breviatores*, &c. Notæ, quas ſcripſerunt vocabantur, *ſigna, Imagines, σιγλαί, ſingula, ſingulariæ* (quæ una, constant litera) *ſcribendi compendia, verborum furta, breviatura, ſignorum Captiones, compendioſa anigmata.* Ipla Scriptio dicebatur, *notare, notis ſcribere.* Ejusque geminus erat finis: Per notas enim & compendia ſcribebant vel *εις τάχι*, ſive *celeritatem*; vel *ad obſcuritatem*, earum ſcil. rerum, quas non à quovis legi volebant. *Quod ſcribendi genus à Romanis dictum fuit, notare.* A *celeritate* dicti ſunt *ταχυγράφοι* *veloces ſcriptores*: Eorum enim tanta in ſcribendo fuit celeritas, ut dictitantis verba vix pronuntiata jam ſcripta habuerint: id quod patet ex illo Martial. Libr. XIV. Epigramm. 202.

Currant verba licet manus eſt velocior illis;

Nondum lingua; ſuum dextra peregit opus.

G

Auſo-

Ausonius Notarii sui in scribendo velocitatem his versibus prædicat :

Tu sensa nostri pectoris

Vix dicta, jam Ceris tenes.

Tu me loquentem prævenis. (π)

(π) De notis confer post illos autores quos sequenti litera (ε) citabimus, Cardan. de rerum variet. L. XII. cap. 61. f. 460. 461. Valer. Prob. in princip. libell. de not. Rom, p. m. 1494. Bulenger. de Imperio Rom. libr. IV. cap. 5. f. 442. Walther. Miscell. libr. II. cap. 12. p. 50. b. Cujac. observ. libr. III. cap. 3. p. 100. Salmuth. ad Panciroll. libr. I. tit. 42. p. 143. & ad libr. II. tit. 14. p. 263. sqq. Gaspar. Schott. Steganograph. Class. IIX. cap. 1. §. 3. p. 284. Polydor. Vergil. de rer. Inventor. libr. II. c. 8. pag. 135. Jan. Cæcil. Frey viam ad scientias discendas cap. 10. p. 13. Besold. Thesaur. Pract. p. 1. Tit. Abbreviaturen / & Christoph. Ludov. Dietherrns additionem ad l. c. Junge & Casp. quæ Janus Gruterus in opere Inscript. antiq. ex libr. 5. Epistol. 8. Petri Bembi Cardinalis ad Julium II. Pontificem Max. Tyronis & Senecæ notis præmisit. item Voss. in Etymolog. Titul. Nota. de notariis vid. Pignor. de Servis p. 116.

Notarum Inventor.
§. 7. Ut autem rem distinctè, & à primo, quod ajunt, ovo repetamus; Omnium primò de *notarum Inventore* (ε) dicendum est, de quo magna inter Scriptores discordia; Audiamus Isidorum Hispal. Origin. Libr. I. cap. 21. ut in multis aliis, sic & hac in re necessarium & unicum Scriptorem (judicante Bernhardo à Mallinkrot.) *Vulgares notas Ennius primus mille & centum invenit. --- Roma primus Tullius Tiro Ciceronis libertus commentus est notas, sed tantum prepositionum. Post eum Tertius Persannius, Philargius & Aquila libertus Mecanatis, alius alias, addiderunt. Deinde Seneca contracto omnium digestoq; & aucto numero opus effecit in quing; millia. In quibus Isidori verbis Lipsius (qui Cent. I. ad Belg. Ep. 27. hanc gloriam libenter Græcis daret, & nominatim Xenophonti, motus illis Diogen. Laërtii verbis in vita Xenophontis in princip. καὶ πρῶτον ἔκαστην ἐπισημασάμενος τὰ λεγόμενα εἰς ἀνθρώπους ἤγαγεν. Primus notis excipiens dicta Socratis sc. in lucem hominesq; protulit.) multa desiderat: Etenim ei displicet Ennio notarum inventionem adjudicari, cum tamen Isidorus ipse in verbis subsequentiibus, eam Tironi Ciceronis liberto assignet: nec sine ratione displicere videtur. Stant enim pro sua parte quos citat, Plutarchus & Eusebius, quorum*

3
D. 21.

quorum ille primævam notarum Originem ad ipsum Ciceronem; hic ad Tironem Ciceronis libertum refert. Ast Bernhard. à Mallinkrot. de natura & usu liter. cap. 24. p. 120. seqq. conatur Isidorum cum semetipso conciliare & à contradictionis suspitione liberare. (σ) *Primum conciliationis fundamentum quærit in notarum diversitate*, ita ut Ennius invenerit notas literarias e. g. S. P. Q. R. Senatus, Populusque Romanus, S. C. Senatusconsultum, Zifras v. f. notas strictè sic dictas Tullius Tiro. Vel si hæc explicatio certas ob rationes non satisfaciat: laudatus Mallinkrot Isidorum alio modo ab Antilogia defendere annititur. *Alterum itaque fundamentum depromit à Locorum diversitate.* Ennium scil. invenisse quidem notas propriè dictas, non tamen in ipsa Roma, sed extra eam, postquam urbanæ vitæ pertæsus, rurestre otium jam senior elegeret; Tironem autem vel Ciceronem illud commentum tum, temporis nondum divulgatum, in urbem ipsamque adeò Curiam introduxisse: Quod Isidorus ipse suppeditare videtur, dum addit: *Romæ primus Tullius Tiro Ciceronis libertus commentus est notas.* Quæ sententia veritati eò magis consentanea est, quoniam unius Ciceronis industria, si antea planè fuissent incognitæ, tantus notarum numerus tam angusto temporis spacio excogitari non potuisset. Ad Ennium igitur prima notarum primordia deferimus, quas postmodum Cicero excoluit, propagavit & publici usus fecit: nec obstat, quod Isidorus hoc commentum non Ciceronis, sed Tironis faciat; procul dubio enim Cicero gravioribus negociis involutus, hac in re felicissimo & liberali liberti sui ingenio usus est, (τ) eiqve pleraqve, quæ fieri vellet, præscripsit; deniqve etiam à se elaborata sub illius nomine publicavit. Nec enim insolitum esse magnis Viris prudentem ejusmodi dissimulationem Mallinkrot Exemplis Hadriani Imperatoris, & Pii II. summi Pontificis demonstrat; qui scripta sua, sub libertorum & familiarium suorum nomine ediderunt. Sic & Mecænas, quæ hæc in re præstitit, sub Aquilæ liberti sui nomine vulgavit: nec Persannius & Philargius (υ) nihil ad hoc commentum contulerunt: Seneca (Lipsius & Hugo Patrem, Mallinkrot filium intelligit) tandem egregiam quoque locavit operam; contracto enim omnium digestoque & aucto numero opus effecit in quinque millia.

Isidorus conciliatur semetipso.

Ennius.

Cicero & ejus libertus Tiro.

Mecænas.
Persannius &
Philargius.
Seneca.

(6) De notarum autore vid. post allegat. Isidor, Orig. L. I. c. 21. Bernhard. à Mallinkrot de nat. & usu literar. cap. 24. p. 120. sqq. Just. Lips. Cent. I. ad Belgas Epist. 27. qui hanc artem reparari optat. *Ajunt, inquit in fin. cit. Epistola, libros alibi in Bibliothecis extare harum notarum, cur non edunt? q̄vanto utilius, q̄vam nugas q̄vasdam hodie atq̄ heri natas. Enimvero pervisse utilissimam (ita censeo) artem dolendum est, & reparabilem tamen si libeat anniti.* Quam è contra Scaliger ad Cardan. Exercit. 327. pag. 1006. plane rejicit. inq̄uens: *Notarum ars, impostura ac delirium est: indigna, q̄ba te tantum Herculem exerceat.* Caramuel apparat. Philos. libr. II. §. 168. fol. 94. a. dicit: notas Ciceronianas morbo implicatissimo laborare; q̄via tot nim. habent ductus, ut, secundum vanam sc. ejus opinionem, facilius totam dictionem scribam, quam tot lineas. Multa quoque de notar. Inventore habet Wovver Polymath. cap. 6. p. 41. 42. Rader. ad Martial. Epigr. libr. XIV. Epigr. 202. fol. 974. Hugon. c. 18. p. 142. Beyerling. Theatr. Tit. Script. f. 137. a. 138. b. Alexandr. Sardi de rer. Inventor. libr. I. p. 18. annexum Polydor. Vergil. Joh. Glandorpii Onomastic. Roman. Tit. Tullius f. 854. ubi postquam ad Tull. Tironem pervenit, eidem notarum Inventionem adscribit. Dion. libr. 55. fol. 552. qui Mecanatem earum inventorem facit. Panciroll. libr. II. Tit. 14. p. 262. Aringhi Rom. Subterr. libr. I. cap. 30. f. m. 103. Baron. Annal. Tom. II. ad ann. Christi 238. num. 3. fol. 421. 422. Petr. Diacon. ad Conrad. Imperator. Rom. p. 1579. Bulenger. de Imper. Roman. libr. IV. cap. 5. f. 443. Voss. L. I. cap. 41. p. 148. Oisell. in Gell. libr. I. cap. 7. p. 29. confer Petr. Mosellan. in Gell. loc. cit. (6) Mallinkrot. strenuus Isidori Hispal. defensor est, multosque in eum injurios esse conqueritur. *Non dissimulari potest, inquit, plerosque paulò iniquiores esse contra utilissimum, & in multis necessarium, & unicum scriptorem (Isidorum dico) judices, q̄si licet seq̄endus non sit, q̄vando è potioribus vero propiora deprimi possunt, cum tamen plurima tradat ad veterum Eruditionem cognoscendam facientia, apud reliquos Scriptores frustra q̄varenda, non video, q̄vã ratione à recentioribus justè reprehendi in illis possit, de q̄vorum aliter se habente veritate, ob idoneorum testium silentium, probatio deficiat.* (7) quod sæpè fieri solebat, id nos docente Gellio libr. VII. c. 3. *Tiro Tullius, M. Ciceronis libertus, sanè fuit ingenio homo eleganti, & haudq̄vãq̄vã rerum literarumq̄ veterum indoctus. Eoq̄ ab incunte atate liberaliter instituto, adminiculatore, & q̄vãsi administratore in studiis literarum Cicero usus est. & libr. XIII. cap. 9. Tullius Tiro M. Ciceronis alumnus & libertus, adjutorq̄ in literis studiorum ejus fuit. Unde eum Cicero in q̄vãdam Epistolâ studiorum suorum Regulam vocat. confer Oisell. in Gell.*

Gell. libr. VII. cap. 3. p. 401. 402. (v) Lipsius & Vossius legunt Philargyrus & cum Hugone arbitrantur Perfannium & Philargium unum eundemque. Mallinkrot, verò duos diversos fuisse existimat.

§. 8. Sed & ex Christianis Cyprianus notarum numerum locupletavit, autore Trithemio Polygraph. suæ Libr. V. pag. 599. citante Jano Gruter. in prolegom. ad Notas Tironis & Senecæ, operi suo Inscription. antiq. annexas. *M. Tullius Cicero, inquit, facundus Romanorum Orator, librum scripsit non parvæ quantitatis notarum, quem S. Cyprianus Carthaginensium præsul & martyr multis & notis & dictionibus ampliavit, adjiciens vocabula Christianorum usibus necessaria, ut opus ipsum fieret non solum utile paganis, sed multò magis etiam fidelibus. Rarus est Codex, & à me semel duntaxat repertus, viliq. pretio emtus.* Idem Trithemius memorat se Argentinæ in Bibliothecam Ecclesiæ Cathedralis per Joh. Keisersbergium admissum, ibidem reperisse Psalterium Davidicum Tullii & Senecæ notis exaratum, aureisq. Capitellis decentissimè scriptum; Cui sciolus quidam extrinsecus inscripserat: *Psalterium in Armenica Lingua*; se verò Doctore rei falsitatem ostendisse & ita rescribendum admonuisse: *Psalterium notis Ciceronis descriptum.* Quod num factum sit, per literas quidem inquisivi, sed nondum experiri potui. Ilias Homeri forsitan non dissimilibus iisque tam exilibus notis & signis depicta fuit, ut nuci includi potuerit (Φ) Sibylarum unam notis furtivis scripsisse, Virgilii (χ) versus docet:

Fata canit, foliisq. notas & nomina mandat.

Hæc de notarum Origine: quam tamen alii multò altius repetere malunt, adducti Danielis Interpretatione Prophetiæ in pariete scriptæ, quam notis pictam fuisse opinantur: Nec non illo Davidico Psalm. XLIV. *Lingua mea Calamus scribæ velociter scribentis.* Quam verò rem ceu aliquantò obscuriorem cum Mallinkroto in medio relinqvimus; interim non negantes, ante Ciceronis quoque tempora potuisse certas notas in usu esse, à quibus diversas postmodum Romani invenerunt.

(Φ) vid. Solin. cap. 6. & Salmas. Exercit. Plin. in Solin. f. 45. Salmuthi in Panciroll. L. II. Tit. XIV. p. 263. Beyerling. Tit. Scriptio fol. 138. a. (χ) L. III. Æneid. vers. 444. confer Taubmann. Comment. ad h. l. p. 530. fin.

Cyprianus.

Psalterium
notis Cicero-
nis scriptum.

Notæ I. Literatae:

§. 9. Sunt autem notæ aliæ literata, quæ vel simplices literæ sunt V.S.L.L.M. Vivens sibi legit locum monumento. Uxo. beneme. Uxori benè merita. F. Filius ꝑ Filia. C. Cajus; inversum ꝑ Caja; (interdum etiam notat syllabam Con:) sic M. viri W mulieris; T. viri, I mulieris prænomen indicat. (ψ) vel ex literis ita componuntur, ut earum compositio cuiusvis facile obvia sit. e. gr. **NE** Nec.

2. Illiteratae.

IN Nihil **EP** **D** **EF** **PP** Tempore Domini Stephani Papæ

HS hæ literæ sunt H. L. S. T. O. Hunc locum sibi Testamento ordinavit. (ω) Aliæ illiteratae sive Zifra **~** est. **ꝑ** Quam,

(α) & pleræque Tironis notæ, quæ numerum 13000. ferè attingunt,

e. gr. **ꝑ** Pater **ꝑ** Mater **ꝑ** Senex. (β) Aliæ denique

3. Mixtae.

mixtae, quæ partim sunt literatae, partim illiteratae **FU** **ꝑ** Functio,

APP **ꝑ** Appellationibus (γ) de quibus singulis non singulatim, sed certam ob causam conjunctim agemus. Dividendæ autem sunt hæ

notæ iterum in *publicas* & *privatas*. *Privatas* eas appello, quibus quivis homo privatus in rebus suis annotandis utitur: ut **HO**

Homo, **H** Honor; **Du** **ꝑ** Dulcissimus. (δ) Per *publicas* intelligo, quas personæ publicæ adhibent, & hæ varii generis sunt: de singulis aliquid dicendum erit. Primum autem locum occupant.

(ψ) Valer. Probus ed. Putsch. p. 1535. 1499. 1519. Georg. Fabric. antiq. p. 88. Mallinkrot. cap. 24. p. 121. Vossius de Analog. libr. I. c. 7. p. 396. Caram. app. Philos. L. II. §. 168. f. 94. P. Diacon. lit. C. p. 1587. Vel. Longus p. 2218. Jani Gruter. Inscript. antiq. passim. (ω) Magnon. not. jurid. pag. 1565. Grammatici p. 1677. Aringh. Rom. Subterr. libr. II. cap. 10. f. m. 205. Gruter. fol. 547. n. 1. (α) P. Diacon. p. 1599. Grammatici p. 1679. (β) Notarum Cicer. f. 55. col. 2. & fol. 89. (γ) Grammatici p. 1671. Magnon. p. 1543. (δ) Magnon. p. 1563. 1550. 1555.

NOTÆ ECCLESIASTICÆ.

Nullas planè reperio notas, quæ in Ecclesiasticarum Censum referri possint, exceptis iis, quas olim in primitiva Ecclesia literis *formatis* seu *formalibus* subnotarunt. *Formatae* autem (sic dictæ,

dictæ, quia certâ formulâ concipiebantur) erant literæ, quæ dabantur Episcopis ad Parochias suas redeuntibus Româ, quo fuerant evocati, ut nimirum constaret, de eorum, cum Romana Ecclesia consensu & unitate: Ne autem hæretici ejusmodi literis in fraudem abuti possent, à Synodo Nicæna certa formatarum scribendarum formula præscripta est, hæc scilicet

π, 80. υ, 400. α, 1. π, 80.

Quæ quatuor primæ literæ notant: Πατὴρ, υἱός, ἅγιον πνεῦμα. Non uti Baronius, & Hermannus Hugo cum suis interpretantur: Πατὴρ υἱός, ἅγιον πνεῦμα, Πέτρος. Hæc enim Interpretatio falsa est, & ut cum B. Dorschæo loquar, incidit alicui Rom. Pontificis adulatori. Et fuerunt hæ notæ forsân Character quidam, quod Confessio SS. Trinitatis contra Arianos, qui tunc insurrexissent, notaretur: quare à nemine mutari debebant, cum è contra reliqua signa (de quibus mox) quæ significabant nomina scribentis, afferentis, accipientis, temporis quo scripta & loci, ex quo data formatæ erant, pro occasione diversarum personarum, locorum & temporum mutarentur. Notis illis perpetuis statim subjungebatur litera initialis in nomine vel Pontificis, vel Episcopi mittentis suum subditum: Si e. gr. nomen ei erat Paulo, π. 8. id est Παῦλος: Nomen Episcopi mittentis excipiebat secunda litera ex nomine Episcopi, ad quem subditus mittebatur, e. gr. si ei nomen erat Thomæ ω. 800. id est Θωμάς. Post hanc scribebatur tertia litera ex nomine ipsius subditi missi: e. g. si vocabatur Petrus τ. 300. id est Πέτρος. Hanc sequebatur quarta litera ex nomine loci ad quem mittebatur v. gr. υ. 400. id est Τρεσσερῆς. Coronidis verò loco omni Epistolæ annectebatur

α. 1.

μ. 40.

η. 8.

ν. 50.

} 99. id est Ἀμὴν.

Cuius autem literæ suus numerus, quem apud Græcos notat, ad majorem forsân ignorantium obscuritatem addebatur.

(s) Plenius hanc rem tractat Baron. Annal. Eccl. Tom. III. ad ann. Christi 325. n. 162. sqq. B. Dorscheus ad Concil. Nicæn. I. Sect. 2. §. 17. p. 83. Hermann. Hugon. de prim. scribend. Orig. cap. 13. p. 108. 109. cui nonnulla hæc in re debemus. Epistolarum formatum

malium etiam apud Sveton. in Domitian. c. 13. confer Casaubon. Animadvers. ad h. l. & ad cap. 20. item Theodor. Marcil. ad loca cit.

NOTÆ JURIDICÆ.

§. II. Integrum harum notarum Catalogum collegit M. Valerius Probus & Magno, (ζ) qui postremus notas suas Carolo Regi hoc disticho dedicavit:

Hæc Juris opuscula libens Rex accipe Carle

Offert devotus, quæ Tibi Magno tuus.

Et in optimum quidem finem erant inventæ, sed postquam ex ambigua earum significatione sæpè exoriebantur circumventiones, Imperator Justinianus lege sancivit, ut in posterum vocabulis integris non singulis scriberetur. C. de vet. Jur. enucl. L. I. §. 13. *Ne per Scripturam aliqua fiat in posterum dubitatio, jubemus non per siglorum captiones, & compendiosa anigmata (quæ multas per se, & per suum vitium antinomias induxerunt. (η) ejusdem Codicis textum conscribi, etiamsi numerus librorum significetur, sed per literarum consequentiam explanari concedimus.* Idem circa Græcos libros præstitit Imperator Basilius: uti Cedrenus testatur p. 467. citante Vossio. Licet autem Imperator Justinianus notarum usum severè interdixerit, nonnullæ tamen remanserunt, e. gr. ff. quod Digesta notat; quod an ex Græcorum π vel θ ab indoctis librariis in ff mutatum sit, hîc loci non disputabimus. (θ)

(ζ) Magnonis notas ipsas invenies inter Grammaticos edit. Putsch. pag. 1542. & Probi notas pag. 1537. Ejusdem argumenti libellum ex veteribus membranis collectum quære pag. 1666. his junge Isidor. Orig. libr. I. cap. 22. Hugon. cap. 21. pag. 150. Beyerling. l. c. f. 139. sq. G. I. Voss. de art. Grammat. L. I. cap. 40. p. 145. 146. Bernhard. à Mallinkrot. de nat. & usu liter. cap. 24. p. 122. (η) Confer Gottofred. Gloss. ad h. l. ab Lips. Epistol. Quæst. libr. II. Ep. 17. Oiscl. ad Gell. Libr. XVII. c. 9. p. 944. (θ) vid. Beyerling. Tit. Script. fol. 140. 2. Hahn. ad Wesenbecium t. de Just. & Jur. pr. Walther. in Misc. L. 2. c. 4. Herm. Hugon. de prim. scrib. Orig. c. 21. p. 135.

COROLLARIA.

- I. *Christus & ejus discipuli nudipedes non inceserunt.*
- II. *Etiam pauper potest esse liberalis.*
- III. *Mundus non fieri potuit ab aeterno.*
- IV. *Homo certâ ratione Angelô est Præstantior.*

¶(o)¶






X2615907

VD 17







20.

1669, AD

TER!
IONIS
QVÆ
ATEM

do,
um Lipsiensium

dultu
SECUNDA

t
ES
alshmann/ Argent.

ENTE
KELIO, Lipsiens.
cal.
ni cl^o Isc LXX.

E,
ICI HAHNII



3 h^ol
D.3A.

E

/

M-

R-

MI,
E-

RIE
ERS
ALLE

